Isocrates

drin lassen!!

118 **ISOCRATES,** Praecepta ad Demonicum, per Rudolphum Agricolam e graeco sermone in latinum traducta. Erphordiae, Wolfgangus Schenck, 1504. 4. 10 unn. Bll. Mit der hübschen Druckermarke Schenks am Schluss. Breitrandiges Exemplar mit einigen alten Randnotizen. Kart. (Erfurt 1504)
Nicht bei Panzer u. Proctor. Selten. Nicht in Berlin.

Fr. 40

Praecepta Isocra
tis p̱ eruditissimuz
virū Rudolphum
agricolaz e graeco
sermone in latinuz
traducta

Epistola Isocratis ad demonicū.

IN multis demonice rebus multū inuenimus distantes bonorū mentes. atq; malorum cogitationes. Multo vero maximū accipere discrimē circa mutuam consuetudinem vite. Hij enim presentes solum amicos venerantur. Illi eos quoq; qui lōge absunt beniuolētia psequūt. Et malorū quidē amicicias tempus exiguū dissoluit. At bonorū nec omīs quidē aeui tractus extinguit. Quū putem igitur eos qui gloriam expetunt. quiq; suos eruditioni conatus destināt. bonos & nequaquā malos decere sectari. hanc orationē dono tibi misi indiciū erga te beniuolentie. signumq; cum hipponico familiaritatis. Decet enim liberos quemadmodū facultatum ita amicitieq; paterne hereditatem suscipere. Video autem occasionem nobis cōuenientem et presentis nos oportunitatem temporis adiuuātez. Tu enim erudiri cupis. ego alios erudire adnitor. Tu sapiētie studio adniteris ego deditos illi recta via deduco. Quicunq; autē exhortatorias quicūq; ad amicos suos oratiōes scribūt. pulcrū illi quidem opus assumunt nō tamen circa id quod est in phi-

losophia prestantissimũ laborãt. Qui vero adolescẽtib⁹ premõstrant non ea quibus vehementiã in dicendo cõsequãt. sed quo pacto .modo:vita: moribusq̃ industriũ siant: tanto magis quã illi audientibus ꝓsint. quantum interest q̃ illi ad sola ipsos verba cõfirmãt. hũ vero ipsorum quoq̃ facta emendãt. Quãobrem nos nõ exhortationẽ tibi parantes sed institutionẽ scribẽtes. pergemus nostri te cõsiliũ participez facere. quas res oporteat adolescentes desiderare. et que rursus opera vitare. qualibus item hominibus se cõiungere. et quomodo suã ipsorũ vitam instituere. Quicũq̃ eni vite cursum hoc itinere fecerunt. hũ soli ad ipsam virtutẽ ingenue adire potuerunt. quã nõ res honestior nõ cõstantior est vlla. Pulchritudo enim vel valitudo p erit vel tẽpore flactescit. Divitie vitiorũ sunt potius quã itegritas ministre facultatẽ. nempe desidie prebentes. et ad voluptates curã iuventutis exercitantes, Robur prudentie cõiunctũ profuit. Sine illa vero sepius eũ qui id habz offendit et corpora quidẽ eorũ qui se exercẽt adornat. industriã vero mentis obscurat. Virtutis aũt possessio quorũ bona fide ipsa coaluerit: sola

industrius .

virtus .

m fragile : quantumque acce
nos : fit minor : &
rpitur ipsa suo .

nt cum rebus plerumque solis

Virtutis Commendatio.

cõsenescit. diuitijs potior vtiliorq; generis splendore. que q; fieri nequeũt ab alijs. suis viribus subdens. et multitu dini metuẽda cõstanter expectãs: desidiã dedecus: laborem laude arbitrat̃. Hoc quoq; cognitu pfacile est. q glo ria certaminũ herculis. operumq; a theseo gestorũ prestã tia. tãtũ laudis insigne operibus adiecit. vt oĩs tporũ posteritas. rebus quas gesserũt effundere nequiuerit ob limone. Sed et tu quoq; memor patris tui. viuẽdi recte: pulcrũ habebis atq; domesticũ: eorũ quae a me tibi dicẽ tur: exẽplũ. Neq; eni parui virtutẽ faciens: neq; secordie deditus: egit aetatẽ. sed corpus laboribus exercebat ani mo picula subibat. neq; extra modũ diuitias expetebat. sed p̃sentibus quidẽ fruebat̃ bonis veluti mortalis. gere batq; curã futurorũ veluti immortalis. neq; vero cõtẽp te vitã instituerat. sed elegãs erat et magnific⁹ simulq; ex posit⁹ amicis. impensiusq; laudabat ad tã offitio se p sequẽtes: quã generis sibi necessitudine deuictos persua debat enĩ sibi multo ad amicitiã efficatiorẽ esse naturã le ge Mores genere: electionẽ necessitate. Tpus in p̃sentia nos deficeret si oẽs illius actiones enumerare pergam⁹.

Virtus inducta l...

Diuitiis si affluant cor apponere.

exacteq; de illis alio nobis erit differēdum loco. Nūc signum quoddā hipponici nature sustulimus. ad quē velut exemplar vitā vt formes oportet. legēq; tibi mores illius putes. et imitatorē te aemlū que virtutis paterne pbeas. Turpe nāq; fuerit pictores pulcerrima quaeq; exprimere animātū. et liberos nō imitari industriā parētū Existimes aūt nullū ita pugilem cōtra aduersarios suos decere meditari. sicut te cōsiderare. q̄ pacto cū patris tui viuēdi ratione decertes. fieri aūt non potest: vt animum quisquā taliter formet nisi multis ante honestis praeceptis fuerit explet⁹. Corpus nāq; moderatis laborib⁹: animus vero actionib⁹ honestis roboratur. Experiar igit breuiter ea tibi exhibere. quib⁹ obseruādis in vita plurimum mihi videaris virtutibus additurus. & gloriā cūctos apud homines consecuturus.

Sequuntur Praecepta

Rimum quidē pie divina colas. nō solum sacrificans: verumetiā quod iuraveris praestans. Illud emm̄ affluentię opū est signū. hoc mo:ū probitatis īdiciū; Numē venerare semp quidē p:esertim quod civitas. sic emm̄ simul videberis sacra deo facere. legibusq; obtemperare. Talem te exhibeas erga parentes: q̄les exhibere se tibi optaveris p:ognatos. Firma exercitationib⁹ te corporis. nō eis q̄ robo:i: sed que sanitati. cōducūt. Id asseq̄ris: si desinas labo:are. tolerādo ad huc labo:i sufficiēs Neq; in risum pcliuus esse velis, neq; in verba confidēs Illud emm̄ stulti est, istud furētis. Que factu turpia sūt. ea ne dictu quidē esse putes honesta. Fac assuescas nō tristis eēs; cogitabūd⁹. P:opter illud emm̄ ferox: pter hoc puidus esse crederis. Putes in p:imis decere te modestiā pudo:em: iusticiā: temperantiam. istis enim omnib⁹ cōtineri p:obitas adolescentium videtur Nūquā latiturū; te si turpe qmpiam feceris speres. vt enim alios celes. te ipsum tamē conscium habebis. Deum time. parentes hono:a. amicos reuerere. legibus obedi. voluptates sectare

Initium sapientie tim[or]
Redde altissimo u[ota]
Filiorum obedie[ntia]
Corpus exercitato[…]
Risus immodicu[s]
Confidentia in [verbis]
Turpia facta: et d[icta]
Tristis.
Cogitabundus.
Modestia.
pudor.
Iustitia.
Temperantia.
ΓΝΩΘΙ ΣΕ ΑΥΤΟΝ

ris. nisi tantundē expediat taceri et tibi dicēti. et illis qui audierūt Iusiurādū ad actū propter duas accipito causas vel vt te ipsum turpi crimine euoluas/vel vt amicos tuos in magnis p̄iculis serues. pecuniarū aūt gratia nullū numē iuraueris. videberis eni alijs peierare. alijs pecuniarū cupid⁹ esse Nullū fac amicū nisi exploraueris an̄ quopacto priorib⁹ sit vsus amicis. Spera nāqȝ illū erga te futurū talē, qualis et ergo illos fuit. Tarde fias amic⁹ factus aūt da operā vt p̄maneas. Tantundē eni dedecoris est nullū amicum habere. et crebros subinde amicos mutare. Neqȝ cū damno amicos probes. nec inexpertus ipsorū esse velis. Hoc autē facies si ⁊ cū nullius indigeas te simules indigere, et illa que vulgari nihil referat, velut occultāda credas, deceptus eni opinione/nihil offendes, nō deceptus/mores illorum rectius nosces. Amicos proba, et ex vite aduersitate. et ex periculorū societate. Aurū eni igne perspicimus. amicos aūt inter aduersa cognoscimus aptissime. Amicis hoc pacto vteris conmodissime. si nō vt ab eis rogeris expectes. sed pollicēs/vltro ipsis in tēpore succurras. Aeque turpe putes ⁊ ab inimicis su-

perari iniurijs z ab amicis superari beneficijs In fami
liaritate ꝓba nō solū malis tuis indolētes. verūetiā bo=
nis nō inuidētes. Multos enī qui cū infelicibus moerēt
ꝓsperitatis illoꝝ īuidia torquet Absētiū amicoꝝ fac me
mineris apud p̄sētes. et rationē etiā istoꝝ quoqꝫ absētiū
exposcere videaris. Circa vestitū elegās non splendidus
esse velis Est enī elegātis quidē magnificū splēdidi vero
esse ꝓfusum Ama rerū nō immēsam possessionē sed mo=
deratam perfruitionē. Cōtemne diuitiarū studio occupa
tos atqꝫ eis que habēt vti nesciētes. Simile naqꝫ cōtin=
get illis equū possidenti bonum et equitare nescienti. Ad
nitere diuitias tibi pecunias scilicet atqꝫ possessiones ap
parare. Sūt aūt pecunie illoꝝ qui recte eis frui sciūt pos
sessiones qui eis vti queūt. Dilige quas habes facultates
duas ob causas. vt et magnū aliquod damnū resarcire:
et amicis laborātibꝰ possis opem ferre. Ad reliquū vite
vsum nō plus aequo sed moderate ista cōcupiscce. Am=
plectere quid ē p̄sentia querasqꝫ meliora. Nulli calamita
tē exprobraris. cōmunis enī est fortuna. et futurū incertū
Bonis benefac. Honestus enī thesaurus est gratia que a

bono viro debet̃. Si malis bn̄facias simile tibi cōtinget
qd qui alienos canes pascūt. Illi enī danti. sicut temere
occurrēti allatrāt. maliq3 eos qui ꝓsunt sicut qui nocent
offendūt. Adulātes auersare pinde atq3 fallentes. Vtriq3
enī cū fides eis habet̃. iniuria afficiūt eos qui sibi credi-
derūt. Comē te pꝛebe eis qb⁹ cū cōuersaris et nō insolētē
Supborū enī fastū vix serui quoq3 perferrēt/ at morū co
mitatē cūcti benigniter acceptāt. Eris aūt comis si neq3
iurgatoꝛ sis neq3 implacidus. Neq3 cū oibus cōtendas.
neq3 ire eorū cū quibus agis celeriter occurras. etsi iniu-
ste quidem fuerint irati. sed deferuescentibus concedas.
Deinde ipsos vbi relanguerit ira reprehēdas Neq3 inter
ridicula seriis: neq3 inter seria ridiculis gaudeas Intem
pestiuū enī vbiq3 est molestum. neq3 ingrate gratiā ineas
quod multis euenit qui faciūt quidē. sed egre tamē ami
cis inseruiunt. Neq3 cupidus fueris vel culpādi: q2 gra-
ue est. vel castigādi quia est acerbū In pꝛimis caue a po
tandi consuetudine. quod si quando tulerit tempus ante
ebꝛietatē surge. Cū fuerit enī mens vino coꝛrupta: patit
idē qd currus. solēt qui suos effuderūt aurigas Illi nā-

[Marginal manuscript notes: "...s benefacere"; "...atores fugiendi"; "Indulgendum"; "Temporibus acco...tur"; "...re"; "...ire"; "Nota Ebrietatem"]

q nullo ordine suis destituti rectoribus feruntur. Animus quoqz plurima peccat. ratiōe subuersa. Immortalia sentias magnitudinē animi p̄ te ferēdo. Mortalia vero presentibus perfruēdo. Tāto modestiā meliorē immodestia putes. quātū est q alia quidē omnia p̄uerse facta: lucro sunt eis qui illa admittūt. Sola aūt immodestia damno afficit ipaz habētes. Plerūqz em̄ quos verbis offenderūt illis rebus penā luūt. Quorū cōciliare tibi amiciciā velis boni quippiam de eis predices apud illos. qui sunt renūciaturi. Principiū em̄ amicicie laus est. inimicicie cōuitiū Cū cōsulis. preterita sumas in exemplū futurorū. Latēs em̄ ex eo quod apertū est expeditissime poterit dignosci. Delibera diu. celerit̄ cōfice quod decreuisti. Optimū puta cōtingere nobis a deo prosperitatē. a nobisipis prudētiam. Quibus de rebus libere ploqui te pudet. visqz cuz amicis aliquibus de eis cōmunicare verbis. velut de alieno negotio vtere. Sic em̄ et illorū sentētiam nosces. teqz ipsum haud quaquā manifestū reddes. Quādo sup tuis rebus aliquē tibi in cōsiliū assumes. cōsidera primū quo

Animus n. ... ipa ab platone Auriga nocitat

pacto suas ipse res gessit. Qui em̄ male administrauit suas nūquā bene cōsulet in alienis. Ita poteris maxie ad cōsulendū excitari si calamitates quas affert temeritas spectes Sanitatis nāq tuc precipue curā habemus. cū valitudinis aduerse dolorū recordamur. Regū imitare mores. illorumq vite rationem sectare. Videberis enim amplecti illa. vel emulari. Itaq apud multitudinē. tibi maiorem continget laudem consequi. et cōstātiore ipsius beniuolentia perfrui. obsequere legibus quas reges statuunt. firmissimam tamen legem mores illorū putes. Sicut enim qui rempublicā gubernat opus habet populū obseruare. ita sub principatu viuentē maxime regem decet honorare. Magistratu praeditus nemine ad obeūda ministeria malo vtere. que em̄ deliquerit eorum in te culpa referetur. Ex publicis administrationibus abeas nō opibus cumulatior. sed gloria honestior. Multis em̄ opibus prestantior est multitudinis laus. Nullā rem inhonestam neq dicto neq facto inueris. Videberis em̄ talia facere qualia faciētes. alios tuēs. Sic te cōpara vt aliis

esse superior possis. Sis tamẽ aequo cõtentus. vt iusticiam videaris expetere. nõ propter imbecillitatẽ sed ꝓpter equitatẽ. Elige iustã potius paupertatẽ: quã divitias iniustas. Tanto enĩ prestantior opibus est iusticia. vt ille solis amantibus ꝓsint. hec vero defunctis etiã gloriam prestet. et ille passim improbis cõtingant. hec malis prorsus sit inaccessa. Neminẽ tibi adiunxeris eorũ quibꝰ iniustitia lucro ẽ. sed potius eos qui ꝓpter iustitiã ferũt iacturas. iusti enĩ et si nulla alia in re supperẽt iniustos honesta tñ spe ipos añcellũt. Omniũ curã gere q̃ ad vitã ꝑtinẽt maxieq3 oim prudẽtiã exerce. Maximũ enĩ in minimo ẽ mẽs bona in hũano corpore. Operã da vt sis corpore laborũ patiẽs. animo sapiẽtie appetẽs. vt illo facere possis decreta. hoc decernere faciẽda. Quicq̃d dicturꝰ es prius apd aim tuũ expẽde. Multorũ enĩ cogitationẽ lingua ꝑcurrit. Puta nihil rerũ humanarũ esse firmũ. Ita nec in prosperis letitia gesties. nec in aduersis dolore cõcides. Duo tibi tempora ad dicẽdũ deputa. vel cum sine aliquã de quibus exploratũ habeas. vel de quibꝰ dicere

sit necesse. In solis em̄ istis potior est silentio sermo. In reliquis melius fuerit tacere quā loqui. Gaude cū tibi cōtigerit bona. moderateq3 dole vbi inciderint mala. Neutrius tamē animi aliis velis esse manifestus. Absurdū ē em̄ recōditas in domibus opes obseruare. et cogitationē in propatulo positam circūferre. Magis dedecus vites quā periculū. Oportet em̄ malis formidabilem esse finē vite. probis aūt vitā cū turpitudine coniunctam. Conare in primis vitam in tuto collocare. q̄ si tamē cōtigerit in periculū te deuocari. quere in bello salutem cū honesta opinione et nomē inpudenda fama. Mori nanq3 cunctis prouidentia decreuit. sed honesta vita decedere. id bonis tantūmodo viris ꝓprium natura concessit Nec mirum tibi videatur. si multa que diximus haud quaquā p̄senti tue cōueniāt etati Nō em̄ id me latebat. sed statui eadē opera et presentis vite cōsiliū proferre tibi. et futuri temporis monita relinquere que quāto tibi sint vsui futura facile cognosces Qui vero cum beniuolētia tibi consulat difficulter cōsequeris. vt ergo reliqua non ex aliis requi

ras. sed hinc velut ex armario promas. decreuit nihil eo
rum pretermittere: quecunq tibi possem in cōsiliū afferre.
Gratiā aūt deo habeo ingentem. si quā de te cōcepi non
me fallat opinio. Plerosq em videmus vt cibis iucūdis
simis potius quā saluberrimis delectari. ita se ducētibus
a vero. vt amicis potius accedere. quā illis qui ad melio
ra hortēt Te vero puto cōtrario instituisse pgere inditio
mihi tuā circa reliquū vite cetū industriā sumēs. Qui em
ipse rectissima agere indicat. cōsentaneū est eum aliorum
ad virtutē exhortantiū monita non segniter amplecti.
Precipue excitabat te vt rerum honestarū amore tenea
ris. si perspexeris q et ex his imagines habem9. In secor
dia nanq. saciandarūq libidinū studio cōtinuo sūt dolo
res voluptatib9 adiuncti. Enixus vero ad virtutē cona
t9. modestaq vite institutio. sinceras semp certioresq re
ferunt oblectatiões. Et illic quidē gauisi primum. postea
dolemus. Hic post dolorē voluptates capim9 In cūctis
aū trebus nō ita principij meminim9. queadmodū exit9
sensu mouemur. Plurima em in vita nō propter res ip-

sas agimus. sed cõsequētiā gracia elaboramus Cogita aūt ꝙ malis cōuenit passim quicquid obuiū ē agere hāc em̄ protinus vite sibe regulam ꝑscripserūt. Bonos vero oportet nequaquā virtutē negligere vel in multorū icurrere rep̄hensiōes. Cuncti em̄ nō perinde oderunt eos qui se fallūt. sicut qui probos esse se iactāt. nullaqꝫ in re vulgo hominū sunt preferēdi. Recte quidē. nam si eos qui solis verbis fraudem struunt improbamus. quomodo eos qui tota aberrant vita nō aspernādos putabimus merito. qui crediderimus istos nō solum in se ipsos delinquere. sed et animi sui esse proditores. Ipse enim opes illis gloriamqꝫ. et amicos peperit Illi vero seipsos indignos hac sua felicitate fecerūt. quot si oportet eū qui mortalis sit scrutari cōiectura celestiū mentē. arbitror illos in familiarissimis suis maxime ostendisse. quomodo bonis sint malisqꝫ hoībus affecti. Jupiter em̄ herculē et tantalū genuit queādmodum fabule tradunt cunctiqꝫ credūt Et illum quidē propter virtutem immortalitate donauit. hunc propter improbitatem grauissimis calamita

tibus oppressit. Quibus vtentē exemplis expetere decet honestatem. et non modo his que diximus inherere sed ex poetis pulcerrimū quoqꝫ ediscere. et reliquos eruditos si quid dixerunt vtile scrutari Queadmodū em̄ apem vi demꝰ omnibus flosculis insidentē: et de vno quoqꝫ opti ma carpentē. ita oportet eos qui vite disciplinā expetūt nullius rei rudes esse et vndiqꝫ que sunt vtilia colligere. Vix enim quis hac diligentia nature poterit errata su-perare.

Impressum Erphordie per Wolffgangū Schencken Anno dn̄i Millesimo quingē-tesimo quarto.

